δεύτερον δὲ τοῦ ἐκκλήτου τὸν βουλόμενον ἐξεῖναι πρὸς αὐτὸν καθάπερ ὡς μείζον ἀνατρέχειν δικαστήριον, τρίτον τοῦ πρωτεύειν ἐν πᾶσι· περὶ δὲ τῶν ὅσα αὐτοὶ καινοτομοῦσιν οὐδὲν ἐρρέθη. ἐπὶ τούτοις ὁ ἱερός τῆς ἐκκλησίας κατάλογος οὐκ ἠρέμησεν καὶ τὸν ὄχλον ἀνέσειεν, ὡς μέγαν ἐντεῦθεν ἐγείρε- 5 σθαι θόρυβον καὶ ἐπὶ μέγιστον κορυφοῦσθαι τὰ πράγματα κλύδωνα. καὶ ὁ βασιλεὺς οἰκονομίᾳ ἔλεγε γενέσθαι τὸ πρᾶγμα, οὐχὶ καινοτομίᾳ, καὶ τῶν μὴ πειθομένων πολλοὺς ἐμαστιγώσσε καὶ ἐκάκωσε καὶ ἐξώρισε. καὶ ταῦτα πάντα μεθοδεύων ὁ βασιλεὺς οὐδὲν ἀφελήθη ἢ κατώρθωσεν. ἀλλὰ τοῦ Καρόλου 10 καὶ Βαλδουίνου μετὰ στρατοῦ πολλοῦ κατὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς ἐλθόντων καὶ πολέμον γεγονότος ἡ ἄμικχος δύναμις τὰς βουλὰς καὶ τὰς δυνάμεις τῶν Ἰταλῶν ἀπράκτους καὶ ἐξημιωμένας μετὰ αἰσχύνῃς ἀπέπεμψε, καὶ τὸ τοῦ Δαβὶδ θεῖον Βῆρητὸν ἐπληρώθη τὸ "ἐπικατάρatos πᾶς ὁ ἐλπίζων ἐπ' ἄνθρω- 15 πον." καὶ ἐν τῇ θαλάσῃ πάλιν ὁ στόλος τῶν Ῥωμαίων τὸν τοῦ Καρόλου στόλον ἐτρόπωσεν· εἶτα ἐξεληθὼν προσέλαβε καὶ τὰς ἐν τῷ Αἰγαίῳ πελάγει νήσους μικρὸν πιάσας, Ῥόδον τε καὶ Κῶον, Χίον καὶ Λῆμνον καὶ ὅσας ἐτέρας, αἱ τοῖς Λατίνοις ἐδούλευον. Ἀρσένιος δὲ ὁ πατριάρχης τὸν θρόνον 20

1. τῆς ἐκκλήτου M, τοῦ ἐκκλήτου ἦτοι τῆς συγκλήτου P πρὸς αὐτὸν om M 3. τὰ M ὄσων P 6. ἐπὶ τὸν μέγιστον P 7. λέγων M 8. τοὺς μὴ πειθομένους M 9. μεθοδεύοντος τοῦ βασιλέως M 10. ἐκατώρθωσεν M 12. γεγ. τὰς ἀμάχους δυνάμεις τῶν M 14. μετὰ αἰσχύνῃς om P 16. ἐκ τῆς θαλάσσης M τῶν Ἰταλῶν P 17. προσελήφθη M 18. πιάσας P, ut μικροῦ legatur aut παρὰ μικρὸν. 19. τῶν Λατίνων M

quatuor patriarchis nominaretur; altera, ut integrum esset cuilibet, ad eundem ut summum iudicem provocare; postrema, ut papae in omnibus rebus concederetur principatus. haec quae novabantur, quum initio celata essent, sacrum clericorum collegium non quiete ferebat, sed concitabat plebem, ita ut graves inde orientur tumultus et fluctus rerum omnium excitarentur vehementissimi. imperator prudenti consilio, non studio novandi, duci se aiebat, atque eorum, quos non sedaret, multos flagellavit vel mutilavit vel eiecit. ceterum haec omnia frustra laboravit, nec quidquam effecit aut praecavit. etenim quum Carolus et Balduinus magno cum exercitu contra imperium Romanum profecti bellum commovissent, invicta nostrorum virtute consilia copiaequae Latinorum re infecta et cum damno atque ignominia repulsa sunt, et comprobatum est divinum Davidis dictum: "exsecrandus est, quicumque confidit homini." etiam mari Romana classis classum Caroli dissipavit; atque mox cum navibus egressus imperator Aegaei maris insulas levi oppugnatione recuperavit, Rhodum, Coum, Chium, Lemnum, et quotquot alias Latiui occuparant. Arse-

καταλιπὼν χειροτονεῖται Γερμανὸς ὁ ἀρχιεπίσκοπος Ἀδρια-
νουπόλεως. εἶτα δὲ πάλιν ὁ Γερμανὸς ἀκούων ἐβριζόμενος
ὡς παρανόμως τὸν θρόνον ἔχων τοῦ Ἀρσενίου ἐτι ζῶντος, πα-
ρεχώρει τοῖς βουλομένοις τὸν θρόνον· καὶ χειροτονεῖται ἀντ'
5 αὐτοῦ Ἰωσήφ, πατριαρχεύσας ἔτη δύο, εἶτα ὁ Βέκκος ὁ τῆς
μεγάλης ἐκκλησίας χαρτοφύλαξ.

Ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦδε τοῦ αὐτοκράτορος διὰ τοὺς πο-
λέμους τοὺς ἐν τῇ Εὐρώπῃ παρὰ τῶν Ἰταλῶν ἀρχὴ τῶν δει-
νῶν τῆς ἐν Ἀσίᾳ Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς ἐγεγόνει παρὰ τῶν Τούρ-
10 κων· ἐν τῇ Παφλαγονίᾳ γὰρ πόλεμον ἔχων μετὰ τῶν Τούρ-
κων, τὰ τῶν Ῥωμαίων εἰς ἄκρον ἐσφάλησαν καὶ εἰς φυγὴν
ἐτράπησαν, καὶ ἐν τῇ φεύγειν πολλοὺς εἰ Τυρκοὶ ἀπέκτει-
νον καὶ ἤχμαλώτιζον· αὐτοὶ δὲ πάντοτε ἐφευγον παρὰ τὸν
ποταμὸν ἀμειταστρεπί. καὶ ὄσσην αἰχμάλωτον ἔσχον γῆν οὐ
15 σατράπαι αὐτῶν, αὐτὴν διελόμενοι εἰδῆσαν πᾶσαν ἀπὸ θα-
λάσσης τῆς περὶ τὸν Πόντον καὶ Γαλατίαν ἕως θαλάσσης τῆς
περὶ Λυκίαν καὶ Καρίαν καὶ τὸν ποταμὸν Εὐρυμέδοντα. καὶ
οὗτος ὁ πόλεμος ἀρχὴ ἦν καὶ αἰτία καὶ ἀφορμὴ τῆς τῶν Ῥω-
μαίων βασιλείας καταστροφῆς. καὶ ὁ βασιλεὺς ἀπηγορευκῶς
20 πολυχινοῖς συχοῖς τὸν ποταμὸν Σαγγάριον ὠχύρωσεν, ἵνα μὴ
ἀποβάντες κυριεύσωσι καὶ τῆς Βιθυνίας.

3. ὡς om M τοῦ] καὶ τοῦ M 4. τοῖς P. 5.
ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ μέγας P 11. εἰς prius om M 12. οὐ Τούρ-
κοι om M 14. ἀμειταστρεπτοὶ P εἶχον P 15. αὐτῶν om P
διελωμένην M διέζωσαν P 17. τὸν ποτ. τὸν εὐρ. M 21.
ἐπιβάντες AIterus

nus quum se abdicasset patriarchatu, excipitur a Germano, archiepi-
scopo Adrianopolis, qui rursus ipse, quum male audiret ut iniuria,
vivo Arsenio, ea ornatus dignitate, solum cupientibus concessit. sub-
rogatur huic Iosephus, qui patriarchatu annos duos praefuit; dein
Beccus, maguae ecclesiae chartophylax.

Comneno regnante, e bellis in Europa contra Latinos gerendis
magnae illae calamitates ortae sunt, quas Romano in Asia imperio
Turcae infixerunt. nam in Paphlagonia Romani cum Turcis bellantes
graviter afflicti inque fugam conversi sunt, quorum in fluminis ripa
trepidantium magnam partem Turcae aut occiderunt aut ceperunt.
deinde eorum satrapae quotquot occuparant regiones, eas omnes in-
ter se distributas populabantur, a Ponto et Galatia ad mare usque
Lycium et Carium et Eurymedontem fluvium. atque hoc quidem bel-
lum evertendi imperii Romani initium, causa et occasio fuit. ceterum
imperator, fessus tantis malis, ripas Sangarii fluminis frequentibus
oppidis communivit, ne in ipsam quoque Bithyniam Turcae de-
scenderent.

Ἐγέννησε δὲ υἱοὺς δύο, Ἀνδρόνικον τὸν βασιλέα καὶ Κωνσταντῖνον τὸν πορφυρογέννητον, καὶ θυγατέρας τρεῖς, Βιρήνην Εὐδοκίαν καὶ Ἄνναν. καὶ ἐν τῷ Θετταλικῷ πολέμῳ ἐρχόμενος καὶ ἐν τινι χωρίῳ εὐρισκόμενος λεγομένῳ Παχωμίου καὶ Ἀλλαγῆς, νόσος ἐνσκήπτει δεινὴ περὶ τὴν καρδίαν, θά-5 νατον σύντομον ἀπαγγέλλουσα· καὶ ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ διὰ ἡμερῶν δύο τὸ ζῆν ἐξεμέτρησεν ἐπὶ ἔτους σψγ'α', Ἰνδικτιῶνος ἰδ', ἐτῶν ὑπάρχων ἐξήκοντα καὶ ὀκτώ, ἐξ ὧν ἐβασίλευσεν ἑτη τριάκοντα καὶ πέντε. ὁ δὲ υἱὸς αὐτοῦ καὶ βασιλεὺς κύριος Ἀνδρόνικος τηρικαῦτα παρῶν τῆς νενομισμένης τοῖς βασιλεῦσι 10 ταφῆς τὸν πατέρα οὐκ ἤξιώσεν, ἀλλ' οὐδ' ὅποια δημόταις ἢ ἀπόροις ἐφέται· μόνον δὲ κελεύσας νυκτός τινας ὀλίγους ἄνδρας πόρρω τοῦ στρατοπέδου τὸ πτώμα ἀπαγαγεῖν, πλείστην ἐπεσώρευσαν γῆν, ἵνα μὴ θηρίων στόμασι τὸ βασιλικὸν σῶμα διαμερισθῆ. τὸ δὲ αἷτιον ἢ τοῦ ὄρθου τῆς ἐκκλησίας 15 δόγματος παρατροπή, ἢ ζῶν μὲν ἐκείνος, ὡς εἰρήκαμεν, ἐχρήσατο.

4. Ἐπειδὴ λοιπὸν πρὸς τὸν υἱὸν Ἀνδρόνικον ἢ τοῦ κράτους καὶ τῶν βασιλικῶν σκήπτρων μετέβη διαδοχῆ, εἰς τα-
ραχὴν οὐκ ἀλίγην ἤλθον τὰ πράγματα· ἵνα δὲ μὴ νεωτερι-20

2. τρεῖς — Ἄνναν om P 8. πενήκοντα sec P 9. αὐτοῦ om M κύριος om P. usitatus κύρ. 11. ὅποιας P, omisso ἐφέται 13. ἀγαγεῖν P 14. ἐπισωρεῦσαι P 18. 4.] Βασιλεῖα ἀνδρονίκου παλαιολόγου τοῦ πρώτου. κεφάλαιον τέταρτον P 20. ἵνα μήτε νεωτέραις γένηται ἤτοι ἀπόστασις ἢ ἀφηνιασμός, αὐ-
τὸς δὲ σ. M

Procreavit filios duos, Andronicum imperatorem et Constantinum Porphyrogenitum, filias tres, Irenen, Eudociam et Annam. quum ad bellum Thessalicum proficiscens in locum quendam Pachomium et Allagen appellatum venisset, gravi quodam morbo cordis correptus, qui citissimam praesagiebat mortem, ibidem biduo post animam efflavit, anno ab orbe condito 6791, indictione XIV, aetatis anno octavo et sexagesimo, imperii quinto et tricesimo. filius eius Andronicus imperator, qui tum praesens aderat, sepultura imperatoribus legitima patrem non honestavit, imo ne ea quidem, quae plebeiis et inopibus concedi solet, sed paucis quibusdam hominibus mandavit, ut noctu cadaver procul a castris elatum multa terra obruerent, ne augustale corpus a bestiis dilaniaretur. cuius rei causa fuit, quod Michael, dum vivebat, ut supra a nobis expositum est, a vera ecclesiae doctrina desciverat.

4. Posteaquam deinceps ad Andronicum, filium eius, imperium et regia potestas transit, tumultus haud leves exorti sunt. at ille, ne quid novandis rebus detrimenti asferret, ut vir intelligens futuri-

μοις γένηται ἀφανισμός, αὐτὸς συννετὸς ὢν καὶ προθεωρῶν
 τὰ ἐρχόμενα ἤτοι μέλλοντα πάντα σάλον καὶ σκάνδαλον φρο-
 νίμως ἐκυβέρνησε, καὶ τὰ ὅσα ἄρεστὰ τοῖς ὑπηκόοις ἐποίησε.
 καὶ πρῶτον μὲν τὴν τῆς ἐκκλησίας κατάστασιν καὶ διόρθωσιν
 5 ἐπερομηθεύσατο καὶ ἐποίησε· ζῶντος γὰρ τοῦ πατρὸς, ὡς
 ἔφημεν, ἐκρύβε· καὶ θεσπίσματα βασιλικὰ καὶ διδάγματα 7
 διεπέμποντο τὴν τῆς ἐκκλησίας διόρθωσιν εὐαγγελιζόμενα καὶ
 ἅμα τοὺς διὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας ζῆλον ὑπερορίας καταγόνα.
 καὶ τὸν πατριάρχην Βέκκον εὐθὺς ἐκ τοῦ θρόνου καταβιβά-
 10 σατες ὡς τὰ Λατίνων φρονεῦντα, διαδάχεται δὲ τὸν πατριαρ-
 χικὸν θρόνον μοναχὸς τις Ἀθανάσιος τοῦνομα, παιδιόθεν τοῖς
 ἀσκητικοῖς γυμνασμένους πόνοις, διατριβῶν δὲ ἐν τοῖς τοῦ
 Γάτου ὄρεσιν, ὀρμώμενος ἐκ Πελοποννήσου ἐκ χώρας λεγο-
 μένης Ἀνδρούσης· καὶ διὰ τοῦτο μὲν προστάξει βασιλικὴ καὶ
 15 ψήφῳ συνοδικῇ τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα Ἀνδρούσαν ἐπισκοπὴν
 ἐτίμησε, καὶ τῇ μετροπόλει Μονεμβυσίας ὑποτάσσασθαι.
 μετὰ δὲ τὴν καθάρσειν καὶ ἐξορίαν τοῦ πατριάρχου Βέκ-
 κου τοὺς ἐτέρους ἀρχιερεῖς τοὺς συγκοινωνοὺς τῇ γνώμῃ
 τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ πατριάρχου μετ' αἰσχύνῃ πάντας
 20 τῆς ἀρχιερωσύνης ἐγύμνωσεν. καὶ ἕτερα σκάνδαλα ἕξια
 θρήνου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γεγόνασι παρὰ τῶν τότε ἀρχιερέων.
 καὶ τὸ φιλότιμον, ὡς σύνηδες, τοῖς στρατιώταις ἔπειτα μὲν
 ἄσμενος ἐδωρήσατο· καὶ τὸ ὑπήκοον πᾶν χαρῶς ἐνεπλή-

2. ἐρχόμενα] γενησόμενα P 3. καὶ τοις P 6. ἐκρύβη?
 δόγματα P 10. δὲ om P 11. ὀνόματι ἀθανάσιος P 18.
 τους] πάντας τοὺς M ἐτέρους om P τοὺς ὄντας συγκ. P
 23. ἀσμένως M

quo prospiciens, omnes fluctus et offensiones prudenter temperabat
 atque civium voluntati se praestabat facilem. ac primum quidem, quum
 patre vivo dissimulasset, ut diximus, consilia sua, corrigendae et compo-
 nendae ecclesiae operam dedit. atque circummisit decreta edictaque,
 quibus correctio illa denuntiabatur et revocabantur ii, qui ob eisdem
 ecclesiae studium exsulabant. itaque Beccum patriarcham, ut qui sen-
 taret cum Latinis, solio statim depulsum monachus quidam, Athanasius
 nomine, excepit. is a puero vitam coluerat asceticam in Gani mon-
 tibus, e Peloponneso oriundus, patria Andrusa, quam ob id ipsum
 auctoritate imperatoris et suffragio synodi episcopatus dignitate hone-
 stavit. Monembasiae metropoli subiectam. exauctorato et eiecto Becco,
 ecclesiae antistites reliquos Michaelis imperatoris et patriarchae asseclas
 omnes cum dedecore loco movit. ac praeterea alia lugenda faci-
 nora edita sunt ab ecclesiae tum principibus. militum autem in
 tuenda re publica fervorem Andronicus pro consuetudine libens re-

σθησαν. ἔλθων δὲ ἐν τῇ πόλει, καὶ εἰς μνήμην ἑλληθῶς
 ὧν ὁ πατὴρ ἔπραξε κατὰ τοῦ νέου Ἰωάννου τοῦ Λυσκάρειος,
 ἧ καὶ ἡ τῆς βασιλείας μᾶλλον προσῆκε διαδοχῇ, καὶ τῆς συν-
 ειδήσεως κέντρῳ πληττόμενος, καὶ μείζονα τῶν ἀρετῶν τὴν
 διαίκρισιν ἔχων, ἦκε παρὰ τὸν τυφλωθέντα δι' αὐτὸν παρὰ 5
 τοῦ πατρὸς ἐν τινι πολυχνίῳ τῆς Βιθυνίας εὐρισκόμενον, καὶ
 ἰδὼν αὐτὸν καὶ τὰ ἀνήκοντα παραμυθούμενος καὶ μεγάλῃ
 σῆματι ταπεινώσεως συγχώρησιν αἰτῶν παρ' αὐτοῦ, οὐκ εἰ-
 δῶς ἂν ὁ πατὴρ ἐποίησε· καὶ εἰς τὴν δύνατον καὶ ἀρεστὸν
 ὑπάρχειν, ἵνα τὴν βασιλείαν πάλιν μερίσῃσι καὶ πᾶσα ἔξουσία 10
 εἰς χεῖρας αὐτοῦ ἔσται· καὶ τὰ πρὸς τὴν χρεῖαν ἀφθό-
 νως πάντα καὶ πλουσίως παρέσχεν αὐτῷ διὰ τοῦ βίου. ὃ
 δὴ πεπραχὸς καὶ πρῶτισθαι προστεταχὸς ἄσμενός ἤξει
 πρὸς ἔω.

Ἀνεφύθησαν δὲ τινες διαβολαὶ κατὰ τοῦ πορφυρογεννήτου 15
 αὐταδέλφου τοῦ βασιλέως, ὅτι βασιλείας ἔρωτι τρέφεται· καὶ
 στεῖλας πύσας αὐτὸν καὶ πάντας τοὺς συνομλοῦντας γνησίως,
 ἐν οἷς ὁ προύχων ὑπῆρχε τὰ μάλιστα καὶ πλοῦτῳ καὶ γένους
 λαμπρότητι καὶ ἐν στρατηγίαις περιβόητος Μιχαὴλ Στρατη-
 γόπουλος ὁ Μελισσηνός, ὃς καὶ ἐν δεσμοτηρίοις καθίργυν- 20
 ται καὶ πολλὰ ὧν ἐκέκτητο ἄγαθῶν ἐδημοσίευσθησαν.

1. ἔλθων hoc quoque loco P 5. δι' αὐτὸν om M 12. διὰ τοῦ
 βίου om P 8 δὴ] ὡς P 14. πρὸς ἔω om P, qui ἀπῆε an
 ἐποίηε primitus habuerit non liquet. addiderat autem, quod nunc
 inductum est, πάντοτε. 21. ἐδημοσίευσσε M

muneratus est, civesque omnes implevit laetitia. in urbem reversus
 ac recordatus, quae in puerum Iohannem Lascarim pater admisisset,
 praesertim quum illi potius deberetur imperium, angore conscientiae
 stimulatus, utpote aequi rectique sensu patre praestantior, iuvenem
 suo commodo excaecatum in oppidulo quodam Bithyniae convenit.
 allocutus enim, quemadmodum decebat, vultu admodum demisso veniam
 petit eorum, quae se inscio pater in illum statuisset; cohortatur-
 que, ut, si fieri posset et ipsi acceptum esset, partirentur imperium
 summaque in illius manus rediret potestas. ad vitam quae erant
 necessaria, omnia illi, quoad in vivis erat, affatim suppeditabat. haec
 quum fecisset atque ut fierent, imperasset, hilaris in orientem pro-
 fectus est.

Intendebantur criminationes quaedam Constantino Porphyrogenito,
 imperatoris fratri, ut imperii appetenti. missis satellitibus, ipsum com-
 prendit cunctosque eius familiares, in quibus prae ceteris tum di-
 vitibus tum generis claritate et belli peritia eminebat Michael Strate-
 gopulus Melissenus, qui et ipse cum reliquis in vincula conicitur,
 bonis, quae possidebat, magna ex parte publicatis.

Ἐγέννησε δὲ υἱοὺς ὁ βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ἀνδρόνικος τοῦδε, Μιχαὴλ τὸν βασιλέα καὶ Κωνσταντῖνον τὸν δεσπότην ἐκ τῆς Οὐγγρων πρώτης αὐτοῦ συζύγου· ἐκ δὲ τῆς δευτέρας Εἰρήνης τῆς ἀπὸ Λογγοβαρδίας, τῆς ἐπ' ἀδελφῆ 5 θυγατρὸς τοῦ ἡγῶς Ἰσπανίως, ἀπογόνου δὲ μαρκιῶνος Μοντεφερράτου τοῦ κληρωσαμένου τὴν Θεσσαλονίκην, ὡς προέφημεν, ὅς καὶ ῥῆξ Θετταλίας ἐγεγόνει ὅτε οἱ Ἰταλοὶ τῆς Ῥωμαίων γῆς ὀλίγον καιρὸν τινα ἐγκρατεῖς ἐγένοντο, ἐγέννησεν οὖν Ἰωάννην Θεόδωρον καὶ Δημήτριον καὶ θυγατέρα ὀνόματι 10 Σιμωνίδα, ἣν ἔλαβεν εἰς γυναῖκα ὁ δεσπότης Σερβίας. καὶ ὁ μὲν Ἰωάννης γυναϊκὶ συζευχθεὶς ἄπαις τέθνηκεν· ἡ δὲ βασιλὶς καὶ δέσποινα Εἰρήνη ἐνήγειτο εἰς τοῦτο μάλιστα. ζηλότυπος ἦν ὡς μητρικία, καὶ περὶ τὸν προγονὸν ἔτρεφεν. ὕθην οὐ διεέλιπε νύκτα τε καὶ ἡμέραν ἐνοχλοῦσα τὸν βασιλέα καὶ 15 συζυγον, ἵνα καὶ τοὺς υἱέας αὐτῆς κοινωνοὺς καὶ συμμερι- B σταὺς καταστήσῃ τοῦ κράτους. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀδύνατον εἶναι ἔλεγεν τὴν μοναρχίαν Ῥωμαίων πολυαρχίας ποιῆσαι. πολλὰ δὲ πράξασα καὶ εἰπούσα καὶ τῶν ἐλπίδων ψευθεῖσα, θυμῷ ληφθεῖσα καὶ λύπη, πλεῖστα χρήματα τῷ ἐαυτῆς υἱῷ Θεο- 20 δώρῳ δώσασα εἰς Λογγοβαρδίαν ἀπέστειλεν, καὶ μαρκιῶνα

3. τῆς] τῆς τῶν M 5. inter Ἰσπανίας et ἀπογόνου versum
dimidium vacuum P μαρκιστοῦ sec P 8. ἐγένοντο καὶ
ὑπῆρχον M 12. post Εἰρήνη Alterus: ἐβούλετο κατὰ διαδο-
χὴν παιδας καὶ ἀπογόνους αὐτῆς κληροῦσθαι τὴν ἀρχήν. ἐνή-
γε δὲ εἰς M: quare Alterus μάλιστα γνώμη ζηλότυπος, ἦν ὡς
13. περὶ τῶν προγονῶν. P. ante ἔτρεφεν addendum fortasse ψό-
νον. 15. τοῖς υἱέσιν M 17. ἔλεγεν ἀδύνατον P, omisso
εἶναι πολυαρχίαν M 18. πράξασης καὶ εἰπούσης M

Procreavit imperator Andronicus filios hosce: Michaelē imperatorem et Constantinum despotam ex Hungarorum regis filia, coniuge priore; ex altera, Irene, e Lombardis oriunda atque filia sororis regis Hispaniae et nepti marchionis Montisferratensis, eiusdem, qui Thessalonicam, ut ante explicavimus, nactus est et Thessalorum rex fuit, quando Latini aliquamdiu Romanorum tenuerunt provincias, ex hac igitur procreavit Iohannem, Theodorum, Demetrium et filiam Simonidem, quam Serviae despotā sibi iunxit matrimonio. et Iohannes quidem uxori iunctus, nullis tamen susceptis liberis decessit. ceterum Irene imperatrix studiosissime sua quaedam sequebatur consilia. invidiose, ut noverca, filium natu maximum habuit, nec unquam cessavit imperatorem maritum urgere, ut suos filios imperii consortes et participes faceret. negabat imperator fieri posse, ut monarchia Romanorum ad polyarchiam redigeretur. itaque multa rebus ac verbis experta, laudem, quum spe sua excidisset, ira et dolore abrepta Theodorum filium cum grandi pecunia

τοῦτον τῇ ἑαυτῆς πατρίδι κατέστησε. ἐκεῖσε δὲ γυναικί συζευ-
χθεὶς τὸ γένος Σπίνουλα καὶ υἱοὺς καὶ θυγατέρας ἐγέννησεν.

5. Ἐν δὲ τῇ βασιλείᾳ τοῦ εἰρημένου αυτοκράτορος ἐκ
τῆς Ἀσίας τὰ μέγιστα τῶν κακῶν ἀνεργάγησαν πελάγη. συν-
ασπισμὸν οἱ τῶν Τούρκων σατράπαι ποιήσαντες πάλιν, ἐν 5
οἷς ὑπῆρχεν εἰς τῶν σατράπων καὶ ὁ Ὀτθμάνης, νεωστὶ πάντα
τόπον κατέδραμον ἄχρι θαλάττης ἀκτῶν. τῇ νίκῃ ἐκείτῃ Θρα-
συθέντες, διὰ τοῦ Ἑλλησπόντου ἐν τῇ Χερρονήσῳ τῆς Θράκης
περάσαντες πᾶν κακὸν καὶ δεινὸν ἐν ἐκείνοις τοῖς μέρεσι διέ-
πραξαν, καὶ πολὺν τόπον διήρχοντο ληΐζοντες, ὥστε μήτε ἀρο- 10
τριῶν μήτε σπεῖρειν οὔτε τῶν πόλεων ἐξίεναί ἐδύνατο ἐπὶ εἰς
ἔν και μῆνας δέκα. ἔτυχε δὲ καὶ τοῦτο ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις,
ἐμπροσὶν Αἰτῖνόν τινα, Καταλάνον τὸ γένος, Ῥογέριον τοῦ-
νομα. ἀθροίσας ἐκ τῆς κάτω Ἰβηρίας στρατόπεδον, καὶ τριῆ-
ρεις τέτταρας πληρώσας, ληστρικὸν ἀδελῶς μετήει βίον, δε- 15
νύτατος ἐν τούτῳ γενόμενος· οὐ μόνον γὰρ ναυσὶ φορτίσις
ἐπετίθετο, ἀλλὰ καὶ αὐτὰς δὴ τὰς μεγάλας τῶν νησῶν ἐσκύ-
λευσε, καὶ φοβερὸς ἐν τῇ κάτω θαλάσῳ ἐδόκει εἶναι. ἔδοξε
τοῖνυν τούτῳ τῷ ἄρχοντι διαπρσβευσαιμένη πρὸς τὸν βασιλέα
Ἀνδρόνικον συμμαχεῖσθαι αὐτῷ κατὰ τῶν Τούρκων· καὶ ὁ 20
βασιλεὺς τὴν πρσβείαν δεξάμενος, ἄρας ἐκεῖνος ἐκ τῶν ἐσπε-

5. ἐν — Ὀτθμάνης post πελάγη M, ἐν οἷς σατράπαις ὑπῆρχε
καὶ ὀτθμάνης εἰς αὐτῶν post ἀκτῶν (vel, ut Pinderus scribit,
αὐτῶν) P: transposuit Alterus. 7. θρασ.] τραπέντες P 8.
ἐν] καὶ ἐν P 13. τὸ γένος om M 14. καὶ ἀθροίσας P
στρατόπεδα P 21. post βασιλεὺς margo P: γαμβρὸν ἐπ' ἀδελ-
φιδῇ Μαρίῳ πεποίηκε καὶ

in Longobardos misit et patriae suae constituit marchionem. ibi is e
gente Spinularum ducta uxore, utriusque sexus liberos generavit.

5. Imperante eo, quem diximus, Andronico, ingentes calamita-
tum fluctus in Asia concitati sunt. etenim Turcarum satrapae, in
quibus unus erat Othmanes, foedere coniuncti modo omnes tractus
ad mare usque pervagari coeperant, ac victoria feroces, per Helles-
pontum in Chersonesum Thraciae traieci, omne malorum scelerum-
que genus ediderunt latrociniiisque multas regiones ita vexarunt, ut
nec arare, nec serere nec ex oppidis egredi per unum annum et men-
ses decem liceret. accidit eodem tempore, ut Latinus quidam adveni-
ret, natione Catelanus, nomine Rogerius. is, ex inferiore Iberia col-
lectis copiis et triremibus quatuor impletis, libere piraticam faciebat,
in qua exercitatissimus erat. etenim non solum naves onerarias ag-
grediebatur, sed etiam magnas depopulabatur insulas et mare infe-
rum habebat infestum. huic igitur duci visum est, legatione ad im-
peratorem Andronicum missa, societatem cum eodem contra Turcas

ρίων πρὸς τὸ Βυζάντιον ἔρχεται, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ δισχι-
 λους ἄνδρας μαχηκούς. καὶ ὁ βασιλεὺς τῷ τοῦ μεγάλου δονκὸς
 ὀφφικίῳ τούτου ἐτίμησε. μετ' ὀλίγον δὲ ἦκει καὶ ἕτερος Κατα-
 λάνος τοῦνομα Πιριγκέριος Τέντζας, συγγενὴς τοῦ Ῥογέριου.
 5 καὶ ὁ βασιλεὺς μὲν τὴν τῶν χρημάτων δαπάνην τὴν ἀρ-
 κοῦσαν περὶ τὰ ἐκείνων ἐνδύματα καὶ δωρεὰς καὶ τὰ ἐπίλοιπα
 σιτηρέσια εἰς πλησμονὴν δέδωκεν· ὀλίγον δὲ καιροῦ παρελ-
 θόντος διέβησαν εἰς τὴν Ἀσίαν μετὰ στρατοῦ τοῦ πολεμεῖν
 τοὺς ἐχθρούς. καὶ οὐ περὶ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῖς ἔμελεν, ἀλλὰ
 10 τὸ ὑπῆκουον πλεῖστα ἐλύπουν. καὶ τί χρῆ λέγειν ὅποσα εἰργά-
 σαντο κακὰ πυριόντες καὶ δεινά; τοῖς Χριστιανοῖς ἀνδρασι τε
 καὶ γυναιξίν οὐδὲν ἄμεινον ἢ ὡς ἀνδραπόδοις ἐχρήσαν-
 το· καὶ οὐκ ἤλεον τινὰ δακρύοντα, ἀλλὰ τοῖς ὑπηκόοις
 μᾶλλον ἐποίουν κακὰ ὑπὲρ ἄσεβελς καὶ ἐχθρούς. καὶ ἦν
 15 ἰδεῖν οὐ μόνον τὰς οὐσίας ἀρπάζοντας τῶν τολαιπωρῶν
 Χριστιανῶν, ἀλλὰ θυγατέρας καὶ γυναῖκας ὑβρίζοντας. πρε-
 σβῦται δὲ καὶ ἱερεῖς ἐδεσμεύοντο καὶ ἐμαστιγοῦντο. ταῦτα
 μαθὼν ὁ βασιλεὺς θυμῷ ἐτήκετο καὶ τινος μηχανῆς βοηθοῦ-
 σης ἐδέετο. διαβαίνειν πρὸς τὴν Θράκην τὸν Ῥογέριον μετὰ
 20 τοῦ στρατοπέδου ἐκέλευσε πρὸς τὸ τῆς Καλλιουπόλεως φρού-
 ριον. καὶ τὸ στρατόπεδον ἐκεῖ καταλιπὼν πρὸς τὸν βασιλέα
 ὁ Ῥογέριος μετὰ τινῶν εἰς προσκύνησιν ἔρχεται. οὐ γενομέ-

3. τετίμηκε P ἦκε P 4. μικρομοτιέτας M δοτιζέριου P 5.
 μὲν] μετὰ P 7. ἔδωκεν M. post δέδωκεν margin P: καὶ τὸν μὲν
 Ῥογίζέριον Καίσαρα, τὸν δὲ Πιριγκέριον δοῦκα μέγα τετίμηκε
 8. τοῦ ante στρατοῦ P 9. καὶ οὐ om P ἐχθρῶν ὀλίγα αὐ-
 τοῖς M 12. ὄψω ἀνδραποδισμῷ M 15. ἀρπάζειν M 22.
 post μετὰ P inter versus διακοσίῳ ἐν Ὀρεστιάδι ὄντα, omisso
 τινῶν

pacisci. legatis ab Andronico auditis, ipse Rogerius, cum bellicoso ex-
 exercitu duorum millium ex occidente Cpolim profectus, magni ducis
 dignitate ab imperatore ornatur. paulo post alius Catelanus supervenit,
 Pirincerius Tentzas nomine, Rogerii cognatus. in horum vestimenta,
 donativa et rem frumentariam ubi imperator sumptum fecit libera-
 lissime, brevi tempore interiecto, in Asiam cum exercitu traiciunt ad de-
 bellandos hostes. at de hostibus illi parum solliciti, Romanos gravissime
 premunt. quid commemorem, quanta, quocumque venerunt, mala edide-
 rint et scelera? Christianos tum viros tum feminas nihilo mitius quam
 mancipia habuerunt; nullius lacrimas miserati, gravius, quam ipsi ho-
 stes et impii, Romanos vexarunt. videres Christianorum infelicium
 non solum bona direpta, sed etiam filias et uxores vitiatas, senes et
 sacerdotes victos et flagellatos. quae ut rescivit imperator, ira conta-
 buit nec consilium reperit, quo his malis mederetur. in Thraciam ad

νον ὁ βασιλεὺς τοὺς παρεστῶτας ξιφῆρεις προστάξας τοῖτους κατέκοψαν. μαθόντες δὲ οἱ ἕτεροι Λατῖνοι οἱ ἐν τῇ Καλιουπόλει τὰ γενόμενα εἰς ἀποστασίαν ἐτρέπησαν καὶ τοὺς ἐκεῖσε Ῥωμαίους κατέσφαξαν, τὰ δὲ τείχη ὀχυρώσαντες κράτιστον ὀρμητήριον εἶχον καὶ μετὰ τῶν Τούρκων ἑμονοήσαντες εἰς φανεράν ληστείαν καὶ ἀρπαγὴν ἐξῆλθον. ὁ δὲ βασιλεὺς Μιχαὴλ τὰς Θρακικὰς καὶ Μακεδονικὰς δυνάμεις λαβὼν ἦλθε κατ' αὐτῶν, καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς οὐδὲν ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐζημιωμένος ἐπανέστρεψεν. εἶτα οἱ ἀρχηγοὶ αὐτῶν διαπερρόμενοι ἐμερίσθησαν, καὶ τινὲς μὲν πρὸς τὸν βασιλέα ἦλθον, ἕτεροι δὲ μετὰ τῶν Τούρκων ἐστράτευον, ἕτεροι δὲ ληστεύοντες τὰ πρὸς τὸ ζῆν ἐπορίζοντο, ἕως καὶ εἰς τέλος ἐξουθενήθησαν.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Μιχαὴλ στρατὸν πάλιν συναθροίσας ἔρχεται πρὸς τὴν Χερρόνησον κατὰ τῶν Τούρκων, καὶ τοσοῦτον ἐσφάλη· καὶ αἰφνιδίως τὸν στρατὸν οἱ ἐναντίοι περικυκλώσαντες, εἰς φυγὴν ἐτρέπησαν οἱ Ῥωμαῖοι, καταλιπόντες τὰς σκηνὰς τὰς βασιλικὰς καὶ τὰ βασιλικὰ χρήματα καὶ πάντα τὰ βασιλικὰ πινάκισμα. καὶ ἐκ τρίτου ἕτερον στρατὸν ὀκορήσεν, ἀλλ' ὁ βασιλεὺς οὐ παραγίνεται, εἰ μὴ καταστήσας

1. περιστάνας M 2. κατακόπειν M οἱ prius om M 3. καὶ — τείχη] καὶ τὸ φρούριον M 4. κράτιστον] ὡς M 7. post Μακεδονικὰς P inter versus: καὶ τὰς Μασσαγητῶν, post δυνάμεις: καὶ τὰς τῶν Τουρκοπούλων φάλαγγας 12. μεταληστεύοντες τοῦ ζῆν M 14. Μιχαὴλ om P 15. ἀρχῆς P 16. ἐναντίοι] Τούρκοι P 17. οἱ Ῥωμαῖοι om M 19. καὶ πάλιν ἐκ P

oppidum Calliopolim cum copiis transire iussus Rogerius, relicto illic exercitu, cum paucis ad salutandum imperatorem venit. qua ille usus occasione, satellitibus, qui praesto aderant, statim mandat, ut Rogerium et comites eius obruncent. quod quum audissent reliqui Latini, qui erant Calliopoli, ad defectionem conversi Romanos trucidarunt; deinde oppido operibus probe communito, utebantur eo ut receptaculo firmissimo, atque, facta cum Turcis conspiratione, in aperta latrocinia ac rapinas erumpebant. Michael, cum Thraciis et Macedonicis copiis contra eos profectus, frustra cum iis decertavit, immo vero cum damno et iactura rediit. mox autem illorum duces discordes facti, partim in partes imperatoris, partim ad Turcas concesserunt: nonnulli etiam tum latrociniiis quaeviserunt victum, donec postremo consumpti perierunt.

Imperator Michael, coacto rursus exercitu, in Chersonesum contra Turcas proficiat ac gravem cladem accipit. nam repente ab hostibus circumventi Romani, tabernaculo et omnibus opibus et insigne regis relictis, in fugam vertuntur. iam tertio exercitum comparat,

ἔφαρχον τῆς στρατιωτικῆς δυνάμεως Φιλῆν τὸν Παλαιολόγον, τὸν τότε τὴν πρωτοστρατορικὴν ἀρχὴν διεξωσμένον, ὃς καὶ στρατεύσας κατὰ τῶν Ἀγαρηῶν καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς εἰς τέλος ἐνίκησε καὶ πολλοὺς ἐθανάτωσε καὶ ἤχμαλώτισε. καὶ 5 οἱ ἐναπολειφθέντες ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ὀλίγοι ζῶντες μακρῶς ἐκ τῆς Χερρονήσου Θράκης ἐδιώχθησαν.

Ἀθανάσιος δὲ ὁ πατριάρχης ἐπὶ ἕτη τέσσαρα τὸν θρόνον διοικῶν, εἶτα ἐγγράφως παραιτησάμενος, ἐν τῷ ἀσκητηρίῳ τῷ ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντι ἐλθὼν ἠσύχαζεν· καὶ ἀπ' αὐτοῦ 10 χειροτονεῖται Ἰωάννης ὁ ἐκ Σωζοπόλεως, ὅστις γυναῖκα καὶ τέκνα ἔχων, ἔπειτα θανάτῳ τὴν γυναῖκα ἀποβαλὼν τὸ μοναδικὸν ὑπέδν τριβώνιον, καὶ ὁ χρόνος καὶ ἡ ἄρετὴ προβιβάσαντες αὐτόν, πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως ἐχημάτισε. καιρῷ δὲ τιμὴ τὸν θρόνον διαπρέψας, εἶτα παραιτησάμενος, 15 καὶ πάλιν Ἀθανάσιος ἐκ δευτέρου τὸν θρόνον ἔλαβε. κρατήσας τοὺς οἰακας τῆς ἐκκλησίας ἕτη ὀκτώ, εἶτα πάλιν σκάνδαλόν τινα ἀνεφύησαν, καὶ οὗτος τὴν ἡσυχίαν πάντοτε ἦν ἀσπαζόμενος. αὐθις τὸν θρόνον παρητήσατο, καὶ ἀπ' αὐτοῦ χειροτονεῖται Νήφων ὁ τῆς Κυζίκου πρόεδρος. ὃς καιρὸν ὀλίγον 20 διαπρέψας εἶτα καταβιβάζεται, καὶ ἀνάγεται ἀπ' αὐτοῦ εἰς τὴν πατριαρχικὴν περιωπὴν Ἰωάννης ὁ Γλυκὺς, λογοθέτης ὢν τοῦ δρόμου, ἔχων καὶ αὐτὸς τέκνα τε καὶ γυναῖκα.

10. ἐχειροτονήθη P σωζουπόλεως P 12. ὑποδὺς M 13. αὐτόν om M 15. καὶ om M ἀνέλαβε M 16. ἕτη] χρόνους P 17. τινα om M οὕτως M 19. γύμφων M ὀλίγον τὸν θρόνον δ. M

quem ipse non educit, sed praeficit Philem Palaeologum, protostatris honoris tum conspicuum. is igitur in Agarenis castris motis, postremum eos proelio vicit multosque partim occidit, partim cepit. qui reliqui tum erant exiguo numero et superstites, turpiter e Chersoneso Thraciae eiiciuntur.

Athanasius patriarcha, quum annos quatuor solum tenuisset, tradito libello munus deprecatus, in monasterium a se constructum quietis causa secessit. in eius locum subrogatur Iohannes Sozopolitanus: qui quum uxorem et liberos haberet, illa mortua monachicum induerat pallium. is igitur, procedente tempore, auctus virtute, patriarchae Cpolitani honorem assecutus est; quo tamen, munere aliquamdiu functus, ultro se abdicavit; et solum patriarchale iterum occupavit Athanasius, tenuerat is deinde per annos octo clauum ecclesiae, quum rursus turbae quaedam orientur. itaque, ut quietis semper amantissimus, iterum loco cedit, in quem subrogatur Nepho, Cyzici episcopus: qui brevi post solio patriarchali deiectus, excipitur ab Iohanne Glycy, logotheta dromi, qui et ipse uxorem et

ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ πάνν σοφώτατος, ἔλαχε δὲ φιλασθενῆς εἶναι καὶ οὐκ ἐδύνατο τὴν αὐτὴν ὑπηρεσίαν τελείως ἐκπληροῦν, καὶ διὰ τοῦτο τὸν θρόνον παρητήσατο. καὶ χειροτονεῖται ἀντ' αὐτοῦ μοναχός τις ἐκ τῆς μονῆς τῶν Μαγγάνων τοῦνομα Γεράσιμος, πολὺς μὲν τὴν τρίχην ἀνωφελῆς δὲ τὸν τρόπον· καὶ 5 πατριαρχεύσας ὀλίγον, ἐκὼν καὶ ἄκων καὶ μὴ ἀρέσκον τι αὐτῷ τὸν θρόνον ἀφῆσας, ἀντ' αὐτοῦ χειροτονεῖται Ἰσαΐας ἀνὴρ γηραιὸς καὶ τίμιος ἐκ τοῦ ὄρους τοῦ Ἀθῶνος, κατὰ συγκυρίαν ἐν Κωνσταντινουπόλει λαχὼν ἐγεγόνει πατριάρχης.

Ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ συνέβη γενέσθαι σεισμὸν τὸν παμ- 10 μέγιστον, καὶ πολλοὶ οἴκοι περιφανεῖς καὶ ἀγίων ναοὶ οἱ μὲν πεπτώκασιν οἱ δὲ ἐρράγησαν, καὶ πολλοὶ στῦλοι τῶν ἱσταμέ- των εἰς τοὺς κίονας ἄνωθεν ἔπεσον.

Ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦδε τοῦ βασιλέως καὶ αὐτοκράτορος Βαί τριήρεις ἠΰξησαν εἰς πλήθος· καὶ τινες τῆς συγκλήτου 15 βουλῆς τῷ κρατοῦντι βουλευούσιν εἰκῆ ἐτοιμάζειν καὶ διορ- θοῦν καὶ κρατεῖν αὐτάς. ματαιίως ἄρα τῶν νηῶν ἡ δαπάνη, ἔλεγον, μικροῦ τῶν ἄλλων πάντων ἐπέκεινα τὸ βασιλικὸν ἐπι- τρίβουσα ταμεῖον. ὁ δὲ βασιλεὺς τοῖς λόγοις αὐτῶν πεισθεὶς τὰς τριήρεις ἀνεπιμελήτους καταλείψας, τῷ χρόνῳ διεφθά- 20 ρησαν, καὶ αἱ μὲν διερράγησαν αἱ δὲ κατέδυσαν εἰς πυθμένα

- | | | | |
|--------------------|---------------------------------|-----------------|-------------|
| 2. τελείν καὶ P | 5. πολὺς τὴν P | 6. ἀρέσκων τι M | 8. |
| συγκυρίαν P | 14. αὐτοκράτορος καὶ βασιλέως P | 15. τὰς | διορθώσιν M |
| τριήρεις αὐξήσεν M | 16. εἰκῆ] οὐκ οὖν M | | |
| 17. αὐτάς om M | | | |

liberos habebat. erat is vir sapientissimus, sed admodum infirmas valetudinis, ut oblatam sibi provinciam recte administrare non posset. itaque munus deprecanti Gerasimus, monachus e Manganio monasterio, suffectus est, homo canis capillis, sed pravis moribus. hic quum aliquantisper ecclesiae praefuisset, sedem volens nolens concessit Isaïae, viro seni et venerando e monte Athone monacho, qui forte in urbe aderat.

Illo tempore terra motu ingenti contremuit, multaeque domus magnificae et sanctorum aedes partim destructae sunt, partim egerunt rimas, atque statuae haud paucae de columnis deciderunt.

Quum regnante hoc imperatore triremium numerus admodum auctus esset, optimatum nonnulli suaserunt, temere eas parari ac refici. nequidquam enim, aiebant, impensas in naves factas propemodum magis, quam omnes reliquas, aerarium exhaurire. horum ille consilio obsecutus, triremium curam abiecit, quae tempore procedente partim situ corrumpebantur fatiscentes, partim in mare demergebantur. itaque proemete postea necessitate, quum nec gubernatores ad-

θαλάσσης. ὕστερον δὲ χρείας καὶ ἀνάγκης οὕσης οὐκ ἦσαν κυβερνῆται, καὶ αἱ τριήρεις ὡς προσίπομεν γεγόνασαι, καὶ τοῖς Ῥωμαίοις τὸ βούλευμα πολλὰ κακὰ προεξένησε καὶ δεινά.

5 Ὁ οὖν βασιλεὺς Μιχαὴλ ἐγέννησε θυγατέρας δύο, Ἄν-
ταν καὶ Θεοδώραν, ἄρρενας δὲ δύο, Ἀνδρόνικον τὸν βασιλέα
καὶ Μανουὴλ τὸν δεσπότην. καὶ ἦν πλεῖστα φιλούμενος ὁ
Ἀνδρόνικος ὑπὸ τοῦ πάππου καὶ βασιλέως, καὶ ἐν τοῖς ἀνα-
κτόροις ἐκέλευσε τρέφεσθαι. ἀνδρυνθεὶς δὲ νύκτωρ ἐκώμαζε
10 πρὸς γυναῖκά τινα ἐταίραν ὠραίαν πάνυ, καὶ ταύτης ἐρωσθεὶς
ἦν καὶ ἐρώμενος· καὶ ζηλοτυπία γάρ τις ἐπυρρόλει τὴν ἐαυ-
τοῦ ψυχὴν, καὶ ξιφηφόρους καὶ τοξότας ἠνάγκαζε προσμένειν
καὶ προλοχίζειν περὶ τὴν τῆς ἐταιρίδος οἰκίαν. ἐν μιᾷ δὲ
15 ἀδελφὸν ζητῶν εἴυχε παριέναι τὴν τῆς ἐταιρίδος οἰκίαν· ὃν
οἱ τοῦ ἀδελφοῦ σκόποι θεασάμενοι, καὶ διὰ τὸ σκότος μὴ
γνόντας τίς ἦν, ἀλλ' ὑποτοπήσαντές τινα τῶν ἐρωμένων εἶναι
τῆς γυναικός, βέλη συνεχῶς κατ' αὐτοῦ ῥίπτουσι, καὶ πλή-
ξαντες αὐτὸν ἀπέθανε. μαθὼν δὲ τοῦτο ἐν τῇ Θεσσαλονίκῃ
20 Μιχαὴλ ὁ βασιλεὺς καὶ πατήρ αὐτοῦ ἐκ τῆς χολῆς καὶ τῆς
πολλῆς λύπης ἀσθενεῖα περιπεσὼν βαρυντάτῃ ἐξ ἀνθρώπων
ἐγεγόνει. ὡς δὲ αἱ ἡμέραι τοῦ πένθους παρῆλθον, ὁ πάππος
καὶ βασιλεὺς τὸν βασιλέα Ἀνδρόνικον προσκαλεσάμενος, μετὰ

1. ἀνάγκης καὶ χρείας P 2. ἐγεγόνασαι MP, οὐ γεγόνασαι Al-
terus. 9. νύκτωρ προσεκόμιζε γ. P 13. προσλοχίζειν P
17. γνῶναι M 20. καὶ] αὐτοῦ καὶ P

essent, et triremium esset ea, quam dixi, conditio, Romanis illud consilium multa eaque gravia mala peperit.

Imperator Michael procreavit filias duas, Annam et Theodoram, et filios item duos, Andronicum imperatorem et Manuelem despotam. ex his Andronicum avus imperator habebat longe carissimum, et in regia educari iussit, is, ubi adolevit, noctu ad mulierem egregie formosam, quae ei erat in deliciis et amoribus, commissatum ibat, ac, zelotypia incensus, satellites gladiis et arcubus armatos circum aedes meretriculae iubebat excubare. quadam nocte Manuel despota, fratrem quaeritans, forte ad scorti aedes devenit. speculatores quum eum conspiciunt nec agnoscunt propter tenebras, amatorem quempiam mulieris suspicati, tela in eum crebra coniciunt et percussum occidunt. quod quum imperator Michael pater Thessalonicae accepisset, ex ira et aegritudine morbo correptus gravissimo, e vita cessit. postquam dies luctus exierunt, avus imperator Andronicum ad se arcessitum

κλαυθμοῦ νουθητῶν ἀντὸν καὶ ὀνειδίρας, ὡς ἔθος τοῖς πα-
τρῶσι ποιεῖν πρὸς τοὺς φιλετάτους παῖδας, οὗτος μὲν κατη-
φῆς γενόμενος οὐδέκ' ἀπεκρίνατο, ἀλλὰ θυμῷ ληφθεὶς καὶ
φοβηθεὶς, ἵνα μὴ διὰ τὸν θάνατον τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τὰς ἐπέ-
ρας τῆς κρότητος ἀκαταστασίας ὡς ἐποίει γυμνώσῃ τῆς βασι-
λείας αὐτῶν ὁ πάππος καὶ τῷ θεῷ Κωνσταντίνῳ αὐτὴν δώσῃ.
μετὰ τινῶν συνηλικιωτῶν καὶ συγκωμότων φυγόντες ἐν τῷ
Λιδυμοτείχῳ ἀπῆλθον, καὶ στρατὸν συναθροίσαντες εἰς μά-
χην ἐξῆλθον κατὰ τοῦ βασιλέως καὶ πάππου αὐτοῦ, καὶ πολ-
λῶν πολέμων ἐμφυλίων γεγονότων καὶ φόνων πάλιν εἰς συμ-
βάσεις ἦλθον. καὶ μετ' ὀλίγον διὰ μικρὰς αἰτίας αὐθις τὰς
συμβάσεις καὶ συνθήκας ἤθετον, καὶ ἦν τὰ σκάνδαλα
πλείστα.

6. Κατ' ἐκείνον τὸν καιρὸν ὁ τοῦ βασιλέως υἱὸς Θεό-
δωρος ὁ μαρκίων, ὁ πρὸ ἐτῶν συγχῶν εἰς τὴν τῆς μητρὸς 15
πατριδα πεμψθεὶς ὡς εἰρήκαμεν, μετὰ τὸν ταύτης θάνατον
ἐπανῆκε πρὸς τὸν πατέρα, παῖδας καὶ γυναῖκα ἐκείσε κατα-
λιπὼν· ὅστις καὶ γνώμη καὶ πίστει καὶ σχήματι καὶ χειρίων
κουρῷ Λατίνος ἦν ἀκραιφνής. καὶ κηδεμονίας ἀπάσης καὶ
εὐμενείας καὶ χορηγίας χρημάτων ὁ πατὴρ ἐχαρίσατο· αὐ-
20
τὸς δὲ τὸν Ἰούδαν ἐκείνον μιμησάμενος προδότης ἔλλετο γε-
νέσθαι τοῦ βασιλέως καὶ πατρὸς, καὶ θερμότερος πάντων

- | | | |
|----------------------|---------------------|------------------------------|
| 2. παῖδας om M | 5. τῆς β. στερώσῃ M | 6. αὐτὴν om M |
| 8. καὶ τὸν στρατὸν P | 10. συνηβάσεις MP | 11. ὀλίγον |
| διάστημα διὰ P | 12. συνηβάσεις MP | 13. πλείστα καὶ πολ-
λά M |
| 18. ὅστις] Ἴδε δε M | | |

multis cum lacrimis obiurgat cohortaturque, quemadmodum paren-
tes liberos amatissimos cohortari solent. ille demissus nihil respon-
det, sed ira commotus ac metuens, ne propter necem fraternam et
reliqua iuvenilis insolentiae facinora, quae patrasset, avus imperium
sibi abrogatum in Constantinum patruum transferret, cum quibusdam
aequalibus sociisque Didymotichum aufugit, ibique collectis copiis
bellum adversus avum imperatorem movet. postremo, multis proeliis
civilibus factis caedibusque, cum eodem in pacem redit. at mox levi-
bus de causis pactiones et conventa rescinduntur turbaeque excitantur plurimae.

6. Illo tempore imperatoris filius Theodorus marchio, qui
ante multos annos in matris suae patriam missus fuerat, ut supra
narravimus, post huius obitum ad patrem rediit, relictis domi liberis
et uxore. is, animo, religione, cultu et tonsu barbae plane Latinus,
quum omni curae, benignitatis ac munificentiae genere a patre or-
natus esset, Iudam illum imitari et patrem imperatorem prodere ma-
luit, atque hostis eius factus reliquis vehementior, deposita omni erga

ἄχθρός ἐγένετο, καὶ πᾶσαν αἰδῶ πατρικὴν ὀπίσω λιπῶν πρὸς
 τὸν νέον βασιλέα καὶ ἀνεψιὸν ἀδιόμολος παραγίνεται, καὶ
 πλεῖον τὸ σκάνδαλον ἐποίησε. τότε μὲν διὰ τοὺς ἐμφυλίους
 πολέμους καὶ τὰς ἀκαταστασίας ὁ Ὀθμάνος ὁ τῆς Βιθυνίας 9
 5 κρατῶν εὐκαιρίαν εὐρῶν ἐκ τοῦ ἐναπολειφθέντος μέρους τοῖς
 Ῥωμαίοις οὐκ ὀλίγον ἔλαβεν. ἡ δὲ εἰσδοδος τοῦ νέου βασι-
 λέως ἐπὶ τῆς πόλεως οὕτως ἐγένετο· προδότηι δὲ δύο εἰς
 τὸ στρατόπεδον ἐλθόντες, τοῦνομα ὁ εἰς Καστελάινος καὶ ὁ
 ἕτερος Κάμαρις, οἱ ἦσαν φύλακες ἐν τινὶ τόπῳ τῆς πόλεως
 10 ἐγγὺς τῆς πύλης τῆς λεγομένης Ἀδριανουπόλεως, καὶ συμ-
 βάσεις μετὰ τοῦ νέου βασιλέως ἐποίησαν. καὶ ἐλθὼν ὁ στρα-
 τὸς νυκτὸς ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ τὰς κλίμακας ἔβαλον, καὶ ἔσω
 τῆς πόλεως μέρος ἐξ αὐτῶν γενόμενοι καὶ τὴν πύλην ἀναπε-
 τάσαντες, ὁ ἐναπολειφθεὶς στρατὸς μετὰ τοῦ νέου βασιλέως
 15 ἔειδον γέγονε. καὶ εὐθὺς συγκαλέσας πάντα τὸν σφ' ἑαυτῶ
 στρατὸν παρεκελεύετο μᾶλα σφοδρῶς μῆτε χεῖρα φρονεῦτριαν
 μῆτε γλαῦσσαν ὑβριστριαν ἐπιενεγκεῖν μῆτε τῷ πάππῳ καὶ βα-
 σιλεῖ μῆτ' οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων· “οὐ γὰρ” φησὶν “ἡμεῖς
 ἀλλ' ὁ Θεὸς ταύτην παρέσχε τὴν νίκην,” καὶ περὶ τῆς τοῦ
 20 πάππου καὶ βασιλέως ζωῆς ἐφρόντισεν. ἐγκρατῆς δὲ τῆς πό-
 λεως καὶ τῆς βασιλείας γενόμενος τοῦ πάππου ἔτι ζῶντος,
 ληστρικῶς τρόπῳ τῆς βασιλείας τοῦτον ἐξέωσεν. ἐβασίλευσε
 μετὰ τοῦ υἱοῦ Μιχαὴλ ὁ γηραιὸς Ἀνδρόνικος, ἕως οὗ ἔξω-

3. ἠῦξασε M 4. τὰς om P 5. διμάνης P 7. πόλεως ταύ-
 της ἐγγύοντι M 8. ἐ] δὴ P, neutrum apte 10. συνηβάσεις P
 11. ποιήσαντες M 15. καλέσας P 16. παρεκέλευσε P μᾶλ-
 λον MP: correxit Alterus 22. ληστρικῶς καὶ δυναστικῶς M

eum reverentia, ad iuniorum imperatorem, fratris filium, transiit auxi-
 que rei publicae turbas. tum enim, e bellis his domesticis et rerum per-
 turbatione petita occasione, Othmanes, qui Bithynis imperabat, de terra
 Romanis reliqua partem haud exiguam occupavit. urbem iunior impera-
 tor hoc modo intravit. proditores duo, alter Castelanus, alter Camaris
 nomine, quibus regio quaedam urbis prope portam quam dicunt Adria-
 nopolitanam custodienda tradita erat, in imperatoris iunioris castra pro-
 fecti, pactionem cum eodem composuerunt. itaque noctu adveniēns exer-
 citus in illo loco scalas moenibus admovet, per quas nonnulli in urbem
 traieci portam aperiunt. imperator, postquam cum reliquo exercitu iustus
 adest, confestim convocatos milites severissime vetat, ne in impera-
 torem avum vel alium quemquam vi aut contumeliis utantur. “non
 enim, inquit, ipsi, sed deus hanc nobis victoriam paravit.” omnino
 curae habuit avi salutem: quamquam avo superstatite urbe et impe-
 rio potitus, in modum latronis regno eum expulit. imperaverat An-

οδη ὑπὸ τοῦ ἐγγόνου αὐτοῦ καὶ νέου Ἀνδρονίκου, ἔτη μὲν, ἔπει ἀπὸ μὲν τῆς Χριστοῦ γεννήσεως αἰτῆ, ἀπὸ δὲ κτίσεως κόσμου ζωλς'.

7. Καὶ παραλαβὸν τὴν βασιλείαν καὶ τὴν πόλιν ὁ νέος Ἀνδρόνικος καθ' ὃν τρόπον εἰρήκαμεν, καὶ κύριος καὶ δεσπότης εἰς πᾶσαν ἐξουσίαν γενόμενος τὸν πάππον καὶ βασιλέα προμηθείας ἰκανῆς τοῦ βίου καὶ τοῦ ζῆν ἤξίωσε, τὸν δὲ θεῖον αὐτοῦ Κωνσταντῖνον πιάσας ἐν εἰρηκτῇ ἐξοφωμένῃ ἔθτετο, καὶ τοῦ μεγάλου λογοθέτου τοῦ Μετοχίτου, τοῦ ποτὲ ἀνακαινίσαντος τὴν μονὴν τοῦ Ζωοδότου τὴν καλουμένην τῆς Χώρας, 10 τὰ κτήματα πάντα καὶ χρήματα ἐδημοσίευσεν· εἴτε ὕστερον πάλιν συμπαθῆς ὢν ὁ βασιλεὺς τοὺς πάντας ἐπρομηθεύσατο. ἄρτι δὲ τῆς ὄρας ἐπιστάσης τοῦ ἔαρος τὰς τῶν Ῥωμαίων δυνάμεις συναθροίσας κατὰ τοῦ Ὁρχάνου τοῦ τῆς Βιθυνίας ἀμηνρόντος περάσας ἐστράτευσεν, καὶ τὴν προκαθεζομένην 15 τῆς Βιθυνίας πόλιν Νίκαιαν διπλῶ πολέμῳ πολιορκουμένην καὶ κινδυνεύουσαν εἰς ἄκρον ὀρῶν βοηθῆσαι ἔγνω. τὰ οὖν τῶν Ῥωμαίων ἐσφάλησαν τρόπῳ τοιῷδε. ἐλθὼν ὁ βασιλεὺς καὶ συμβαλὼν τοῖς ἐχθροῖς, καὶ ἀκροβολισμῶν γενομένων καὶ συμπλοκῆς τὸ τῶν Ῥωμαίων στράτευμα ἐκ τῆς ἔκτης ὄρας 20 τῆς ἡμέρας ἕως τῆς ἐσπέρας καλῶς καὶ ἀνδρείως ἀντελέγοντο τοῖς Ἀγαρηνοῖς, καὶ οἱ Τοῦρκοι σχεδὸν πρὸς τὸ κλῖναι ὀλί-

4. 7.] βασιλεία Ἀνδρονίκου τοῦ νέου. κεφ. ζ. MP 10. τὴν]
καὶ οἰκοδομήσαντος τὴν M et margo P χώρας καὶ οἰκοδομή-
σαντος αὐτὴν τὰ P 17. ἔγνω om M οὖν om M 18. ἤλ-
θεν οὖν ὁ M 20. ἔκτης om M

dronicus maior cum Michaelē filio, donec ab Andronico minore deturbatus est, annos quinque et quadraginta, h. e. ad annum a Christo nato 1328, ab orbe condito 6836.

7. Urbem et imperium iunior Andronicus eo, quo diximus, modo adeptus atque dominus et despota cum summa rerum omnium potestate factus, avo de vita commode agenda prospexit, Constantinum autem patrum comprehensum in carcerem tenebrosam coniecit, et Metochitas magni logothetae, qui quondam monasterium Christi Salvatoris, quod Chorae nominatur, instauraverat, facultates opesque omnes publicavit. sed mox, misericordia commotus, cunctis bene consuluit. vix ineunte vere collectas Romanorum copias contra Orchamen, Bithyniae ameram, ducit, et Nicaeam, urbem Bithyniae primariam, duplici exercitu circumsessam atque in summum adductam periculum, liberare decrevit. succubuit res Romana hoc modo. postquam advenit imperator et proelium commisit, Romanum primum eminus iaculando, deinde dimicando conserta manu, a sexta dici hora ad

γον ἀρχὴν ἐποιέον, καὶ ὁ ἀμηνρᾶς εἰς δειλίαν ἐνόησα. τοῦ δὲ πολέμου λυθέντος διὰ τὸ τὸ σκότος τῆς νυκτὸς ἐγγίξειν, εὐρέθη τετραμένος τὸν πόδα ὁ βασιλεὺς ἐλαφροῦ τινὶ βέλει· καὶ θέλοντος εἰσελθεῖν εἰς τὸ τῆς Φιλοκρινῆς πολίχνιον κλειστα 5 ἕγγυς ὃν θεραπείας ἔνεκα τοῦ ποδός, οὐκ οἶδα πῶς, ἔξ ἀμαρτιῶν ἐπιθροίσθη ἐν τῷ στρατῷ, τὴν αἰτίαν μὴ εἰδότες, ἀλλὰ φεύγειν τοῦτον ἐνόμιζον ἀπὸ δειλίας αὐτοῦ, καὶ ὁ στρατός πᾶς ἀσυντάκτως καὶ μετὰ βίας φεύγειν ὥρμησαν ὑπὸ τινος μὴ διωκόμενοι. καὶ ἐν τῷ φεύγειν διὰ τὸ σκότος ὑπ' ἀλλή-
 10 λων καταπατήθησαν, καὶ πολλοὶ τινες ἀνὰ μέσον ἐτρώθησαν. καὶ ἐν τοῖς ὀρύγμασι τοῦ πολίχνιου μέρος φθάσαντες αὐτῶν ἀσυντάκτως κατακρημνίζοντο· ἄλλοι δὲ ἐν τῷ αἰγιαλῷ φθάσαντες, πολλοὶ ἔξ αὐτῶν ἀπεπνίγησαν διὰ τὸ ἐμβᾶν πλήθος ἐν τοῖς ἀκατίοις. οἱ δὲ σκόποι τοῦ Ὀρχάνου, ὡσεὶ τριακόσιοι
 15 ἔφιπποι στρατιῶται ὄντες, τὴν ἀσύντακτον φυγὴν καὶ θόρυβον ὀρῶντες μετὰ φωνῶν μόνον αὐτοὺς ἐδίωχον, καὶ ἐγκρατεῖς τῆς σκητῆς τῆς βασιλικῆς καὶ πύσης παρασκευῆς καὶ ἵππων βασιλικῶν καὶ ἑφεστρίδων πολυτίμων παρ' ἐλπίδα κύριοι γεγό-
 20 νασαι, καὶ νίκην μεγάλην χωρὶς πολέμου ἐκέρδησαν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐν τῷ πολίχνιῳ ἐκεῖνῃ προσμείνας ἡμέρας τρεῖς, μετὰ λύπης μεγάλης καὶ δακρύων ἀπαραμυθῆτων τὴν τῶν Ῥωμαίων δυστυχίαν κλαίων ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου ἐπανε-

4. φιλοκρινῆς P

5. ἀμ. πῶς μικρὸν ἐψ. M

11. μέρος et

αὐτῶν om P

12. δὲ ἐν τοῖς ἀκατίοις ἐν P

16. θεωροῦν-

τες P

ἀπεδίωχον P

20. μῆνας P

21. Κωνσταντι-

νούπολιν P

vesperam usque praeclare et strenue pugnarunt, ut Turcae iam inclinarentur prope et ameras percelleretur timore. sed diremto proelio propter ingruentis noctis tenebras, quum imperator, levi sagitta in pede vulneratus, Philocrenen, oppidulum in proximo situm, curandi vulneris causa intrare vellet, nescio quo modo factum est, ut errore militum, eius rei causam ignorantium, fama exiret, perterritum imperatorem fuga salutem quaerere. itaque cuncti nullo ordine et magna contentione, a nemine pressi, ad fugam incumbunt, in fuga propter tenebras invicem conculcantur, et non pauci laeduntur graviter: pars in fossas oppidi confuse se praecipitant: alii ad litus delati scaphas inveniunt, quibuscum nimia multitudine gravatis multi summerguntur. speculatores Orchanis, equites circiter trecenti, animadversa eorum tumultuaria fuga et perturbatione, clamore dumtaxat eos insecuti, tabernaculo imperatoris cum omni apparatu, equis eius et pretiosis vestimentis praeter spem potiuntur et praeclaram reportant victoriam citra puguam. imperator in oppidulo illo tres

στρεψε. καὶ ὁ ἀμηνῶς μετ' ὀλίγας ἡμέρας θηκρατῆς τῆς πό-
λεως ἐγένετο Νικαίας.

8. Τοῦ δὲ φθινοπώρου ἰσταμένου συλλεξάμενος ὄσαι ἂν
ἦσαν τριῆρεις Ῥωμαίους, κατὰ Μαρτίνου τινὸς τοῦ τὴν Χίον
ἐπιτροπεύοντος τὸν πλοῦν ποιησάμενος τὴν τε νῆσον κατέσχε 5
σὺν οὐδενὶ κόπῃ καὶ πόνῳ, καὶ αὐτὸν τὸν Μαρτίνον χειρο-
σάμενος δεσμώτην παρέπεμψεν τοῖς Βυζαντιοῖς. εἶτα κατὰ
τῶν Φωκαίων Λατίνων πλεύσας ὑποστειλες τῆς βασιλείας αὐ-
τοῦ ἐποίησε· καὶ ἐνέχυρον τοὺς αὐτῶν υἱοὺς τῷ βασιλεῖ
ἔδωσαν. 10

Ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦδε τοῦ αυτοκράτορος καὶ ἡ Νικο-
μήδεια τῶν Βιδυνηῶν μητρόπολις ἐάλω ὑπὸ τοῦ Ὀρχάνου, τῷ
παλλῶ λιμῶ καταπονηθεῖσα. ὁ δὲ βασιλεὺς στρατεύει κατὰ
τῶν Ἀκαρνῶν καὶ Αἰτωλῶν καὶ Ἡπειρίων καὶ Ἑλλυρρίων καὶ
αὐτούς ἐδούλωσε, καὶ τινα φρεσῦρια ἀπὸ τῶν Βουλγάρων 15
ἔλαβεν.

Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐγενήθη ἐν τῇ πόλει τοῦ Κωνσταν-
τίνου παιδίον συμφυῆς μὲν ἀπὸ ποδῶν ἄχρις ὀμφαλοῦ, τὰ
δ' ἐξῆς διαιρούμενον, ὤμους καὶ στέρνα καὶ ῥάχιν, καὶ δύο
μὲν ἔχουσα κεφαλὰς, χεῖρας δὲ τέσσαρας· καὶ μετ' ὀλίγας 20
ἡμέρας ἐξεπεπνεύκει.

- | | | |
|--------------|-----------------------------|------------------------|
| 3. ὄσαι ἂν | εἶχον τριῆρεις οἱ Ῥωμαῖοι P | 4. μαρτίνου τοῦ τῆς |
| χίου P | 8. τῆς βασιλείας om P | 12. ὑπὸ τοῦ πολλοῦ λο- |
| μοῦ P | 14. Ἀκαρνῶν καὶ om P | καὶ αὐτούς] αὐτῷ M |
| 17. τοῦ om P | 20. εἶχε P | |

dies commoratus, atque cum ingenti moerore lacrimisque assiduè Ro-
manorum conquestus fortunam, Cpolim revertit. ameras paucis diebus
post Nicaeam in potestatem suam redegit.

8. Autumno ineunte, collectis quotquot erant triremibus Roma-
norum, contra Martinum quendam, Chii procuratorem, profectus, in-
sulam nullo labore occupavit, ipsumque Martinum captum in vincu-
lis Byzantium misit. deinde Phocaeenses Latinos classe adortus, obsi-
dum loco eorum filiis acceptis, vectigales fecit.

Imperante Andronico etiam Nicomedia, Bithyniae caput, intolo-
rabili fame vexata, Orhani cessit. contra imperator in Acarnanas,
Aetolos, Epirotas, Illyriosque duxit sibi que eas gentes subiecit, ac ca-
stella quaedam eripuit Bulgaris.

Per id tempus Cpoli homo natus est ab imis pedibus ad umbili-
cum concretus, inde discretus, circa humeros, pectus et spinam dorsì,
praeditus duobus capitibus et manibus quatuor. obiit intra dies
paucos.

Ἐν τῷ καιρῷ οὗτῳ ἦλθεν ἐκ τῆς Ἰταλίας εἰς Κωνσταντινούπολιν μοναχός τις Καλαβρός τοῦνομα Βαρλαάμ, ὃς μέγας καὶ πολὺς ἐδόκει εἶναι ἐν τῷ λόγῳ καὶ διαλέγεσθαι περὶ ὧν οἱ Ἄσαιοι καινοτομοῦσι, καὶ τὸ φῶς τὸ ἐν τῷ Θαβουρίῳ
 5 λέγων εἶναι πιστόν· ὅθεν καὶ εἰς διάλεξιν πάντας ἐκύλει. καὶ ὁ βασιλεὺς προστάξας τὸν ἅγιον Γρηγόριον τὸν Παλαμᾶν, τὸν τότε τὸν τῆς Θεσσαλονίκης θρόνον περιέπωντα, ἵνα μετὰ τοῦ Καλαβροῦ διαλεχθεῖη, καὶ πολλὰς διακέρξεις ἀναμέσον αὐτῶν ποιήσαντες, εὐς πιδανολογίας καὶ φληναφίας τοῦ Κα-
 10 λαβροῦ Βαρλαάμ ὡς ἰσθὸν ἀράχνης ὁ Παλαμᾶς ἐξετίναξε. καὶ τοῦ Χρυσολοῦρα Ἰωάννου τὰ ὅμοια δοξάζοντος, καὶ δεινοῦ ἐν τῷ λόγῳ καὶ διαλέγεσθαι καὶ αὐτοῦ ὄντος, καὶ οὗτος τὰ ὅμοια ἔπαθεν.

Οὗτος δὲ ὁ βασιλεὺς ἐκ τῆς δεσποίνης Εἰρήνης τῆς ἐξ
 15 Ἀλαμάνων ἄπαις ὦν, ἀποθετούσης δὲ αὐτῆς δευτέραν γυναῖκα ἔλαβεν, Ἄνναν τοῦνομα, μεθ' ἧς ἐγέννησε θυγατέρας δύο, ὧν τῆν μὲν πρωτότοκον τῷ υἱῷ τοῦ τῶν Μυσῶν ἀρχηγοῦ εἰς γυναῖκα ἔδωκε, καὶ Εἰρήνην μεγάλην ἀναμεταξὺ Μυ-
 20 Ὠράνης εἰς γυναῖκα ἔλαβεν. εἶτα ἐγεννήθη τῷ βασιλεὶ ἄρρεν Ἰωάννης. ἐν δὲ τῷ καιρῷ τῆς τελευταίας αὐτοῦ τὸν βασιλεῖα Ἰωάννην τὸν υἱὸν αὐτοῦ θεωρῶν ἐν νεαρῇ τῇ ἡλικίᾳ ὄντα καὶ 10 μὴ τὴν βασιλείαν διοικεῖν εἶναι ἐπιτήδειον, εἴασεν ἐπίτροπον

1. καὶ ἐκ M εἰς Κωνσταντινούπολιν om M 4. τὸ post
 καὶ om P 5. πάντας] τινὰ M 6. ἅγιον] κύριον M 12.
 καὶ οὗτος om M 19. ἐγένετο P 20. ἄρρεν μὲν ἦν τῷ
 βασιλεὶ κυρῷ Ἰωάννη M 22. Ἰωάννην τὸν] καὶ P

Eodem tempore ex Italia Cpollim monachus quidam Calaber, Barlaamus nomine, venit, qui in iis, quae Latini novarunt, explicandis defendendisque exercitatus et eximius esse sibi videbatur, atque lumen illud Thaboris montis creatum esse dicebat. qui quum omnes ad disputandum provocaret, imperator id negotium venerabili Gregorio Palamae, Thessalonicensem ecclesiam tum moderanti, dedit. quum diu disputassent, captiosas Calabri nugas Palamas velut aranearum telas discussit. Iohanni Chrysolorae, eadem sentienti et dicendi ac disputandi similiter perito, idem accidit.

Andronicus, ex Irene Alemanna nullis susceptis liberis, post eius mortem aliam uxorem duxit, Annam nomine, ex qua filias duas procreavit, quarum maiorem filio principis Mysorum nuptum dedit, unde firma pax inter Mysos et Romanos coagmentata est, alteram postea Orchanes ameras in matrimonium accepit. deinde filius imperatori natus est, Iohannes. quem quum sub exitum vitae adhuc impuberem nec

αὐτοῦ τὸν μέγαν δομέστικον Ἰωάννην τὸν Καντακουζηνὸν καὶ οἰκονόμον τῆς βασιλείας αὐτὸν ἐποίησεν, ὃς καὶ πολλὰ δυνάμενος ἦν τότε ἐγγὺς τοῦ βασιλέως, ἄχρι καιροῦ ἡλικίας τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου, καὶ τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ προστάξας συζευχθῆναι τὸν παῖδα. ὑπῆρχε δὲ οὗτος ὁ βασιλεὺς χαρίεις 5 τῷ εἶδει καὶ τῇ γνώμῃ φιλόανθρωπος, τῷ ἦθει ἰλαρός, συμπαθὴς τοῖς πᾶσιν. ἐμίσει περὶ αὐτὸν πλῆθος ἀνθρώπων ὄραν, ἡγάπα δὲ πλεῖστα τὰ κνήγια· διὸ καὶ ἔκρεψε κύνας πλεον τῶν χιλίων καὶ τετρακοσίων, ὄρνεα δὲ ἤτοι ἰέρακας πλεον τῶν χιλίων, καὶ τοὺς αὐτὰ ἐπιμελουμένους ἐγγὺς τοσούτους 10 εἶχεν. ἐτεθνήκει δὲ κατὰ τὸ ζωμθ' ἔτος· ὁ δὲ τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἅπας χρόνος πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἔτη ἐτύγχανεν, ἐξ ὧν ἐβασίλευσεν ἔτη εἴκοσι.

9. Ἦδη δὲ ἀποθανόντος τοῦ βασιλέως ὁ Καντακουζηνὸς τὴν βασιλείαν καὶ πᾶσαν τὴν διοίκησιν καὶ ἐξουσίαν ἀνά- 15 ζωσάμενος εὐθὺς βασιλεύει καὶ βασιλεὺς ἀνηγορεύθη, καὶ τὴν γυναικα αὐτοῦ δεσποιναν ἐστεψε, καὶ τῷ πρώτῳ υἱῷ αὐτοῦ ἐρυσθροῦ πεδῖλου μετέδωκε, τὸν δὲ ἕτερον δεσπότην ἐν τῇ Σπάρτῃ ἐποίησε, βουλόμενος πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ ἀρχὴν ἑφ'

2. αὐτὸν ἐποίησεν om M καὶ ἐπὶ πολλὰ M 4. προσέ-
ταξε P 9. τῶν] ἢ M 10. ἐπιμελοῦντας M 11. post ἔτος
margo P: ἀπὸ χριστοῦ αἴμα^ω. 12. πέμπτος καὶ τεσσαρακο-
στός ἐτύγχανεν P 14. 9.] πῶς ἐβασίλευσεν Ἰωάννης ὁ Καντα-
κουζηνός, καὶ περὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας. M, πῶς ἢ τῆς βασιλείας
ἀρχὴ ἦλθεν ἐπὶ τὰς χεῖρας τοῦ Καντακουζηνοῦ Ἰωάννου καὶ πῶς
ἐβασίλευσε. P 16. βασιλεύει καὶ om P 19. πεποίηκε P ἀρ-
χην καὶ ἐξουσίαν P

adminstrandae rei publicae parem esse videret, Iohannem Cantacuzenum, magnum domesticum, cuius magna tum apud imperatorem auctoritas erat, ei tutorem reliquit et imperii designavit administratorem, donec Iohannes filius iustam aetatem attigisset, eiusdemque filiam iussit adolescenti iungi matrimonio. erat Andronicus ore suavi, ingenio miti, blandis moribus, animo erga omnes misericordii. oderat hominum stipantium turbam; venationis amantissimus erat. qua de causa aiebat canes amplius mille et quadringentos, aves sive accipitres supra mille; quos qui curarent, propemodum totidem numerabantur. obiit anno 6849; vixit annos quinque et quadraginta, e quibus viginti annos imperavit.

9. Mortuo Andronico, Cantacuzenus, rerum omnium summa potestate et administratione regni auctus, statim imperium capessit imperatorque proclamatur, ac coniugem ut dominam coronat et filio nato maximo calceos purpureos impertit, minorem despotam Spartae

ἐαυτῷ καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ κληροποιῆσαι. περὶ δὲ τοῦ βα-
 σιλέως Ἰωάννου καὶ γαμβροῦ αὐτοῦ οὐκέτι αὐτῷ ἐμελεν. ἀν-
 δρονθεὶς οὖν τῇ ἡλικίᾳ ὁ Ἰωάννης ἀπῆγει τὴν βασιλείαν λα-
 βεῖν ὡς γνήσιος διαδόχος καὶ κληρονόμος ἐκ τῶν τοῦ πενθε-
 5 ροῦ χειρῶν. ἐκεῖνος δὲ οὐκ ἐβούλετο, ἀλλ' ἐαυτῷ καὶ τοῖς
 υἱοῖς αὐτοῦ θάλων κληρον ποιῆσαι. καὶ πολλαὶ μάχαι καὶ
 πόλεμοι ἐμφύλιοι ἀναμεταξὺ τῶν τοιούτων διαφορῶν ἐγένοντο
 καὶ καίωσις καὶ φθορὰ μεγάλη καὶ οὐαὶ καὶ κλαυθροὶ εἰς τὸ
 ἐπήκουον τὸ ταλαίπωρον. καὶ ὁ Ὀρχάνης τότε ἀδείας καὶ εὐ-
 10 καιρίας δραξάμενος τὰ ἐναπομείναντα ὑποταλῆ Ῥωμαίους ἐν
 τῇ Βιθυνίᾳ ὑφ' ἐαυτὸν ἐποίησατο, καὶ αὐτίς ἐν τῇ Θράκῃ
 πρὸς τὴν Χερροναίαν περάσας πολίχνην τινα καὶ φρούρια
 ἔλαβε. καὶ τινὲς μὲν τῶν ἐνδόξων καὶ εὐγενῶν καὶ τοῦ δή-
 μων τὸν Παλαιολόγον ὡς διάδοχον γνήσιον καὶ κληρονόμον
 15 τῆς ἀρχῆς βασιλεῖα ἤθελον, βοηθοῦντες καὶ συμπονοῦντες
 αὐτῷ. τινὲς δὲ πάλιν τὰ ἐναντία φρονοῦντες ἔλεγον τὰ ὅσα
 ὁ Μιχαὴλ ὁ βασιλεὺς ὁ προπάππος αὐτοῦ ἐποίησε τῷ Ἰωάννῃ
 τῷ Λασκάρει, τυφλώσας αὐτὸν καὶ τὴν βασιλείαν λαβῶν, καὶ
 αὐτὸς ὁ ἄγονος αὐτοῦ τὰ νῦν ὑπὸ ἐτέρων ἀναποδίδεται.
 20 καὶ τῷ μέτρῳ ᾧ ἐμέτρησαν οἱ πρὸ αὐτοῦ καὶ τὴν βασιλείαν
 ἔλαβον, καὶ οὗτος τὰ νῦν ἀντιμετρηθήσεται. καὶ ὁ Παλαιο-
 λόγος ἀπορηθεὶς καὶ εἰς ἀπόγνωσιν ἐλθὼν, καὶ οὐκ ἔχων το

1. κληρ.] ἔχειν P 6. καὶ om P 10. Ῥωμαίων M 11.
 αὐτίς τὴν τῆς Θράκης χερρόνησον περάσας P 17. ὁ ante βασ.
 om P 18. τῷ ante Λασκάρει om P 20. τὸ μέτρον ὁ M

declarat, omne imperium potestatemque sibi et filiis suis comparare
 visus. imperatorem Iohannem, generum, nihil curat. hic quum adu-
 latus imperium ut heres germanus et legitimus e manibus soceri reci-
 pere cuperet, recusabat ille, sibi ac filiis possessionem eius tueri
 studens. multa certamina ac bella domestica ex his dissidiis orta
 sunt, unde magna calamitas, perniciēs, lamenta fletusque in miseros
 cives redundarunt. Orchanes, tum facultatem nactus et occasionem,
 quae Romanis adhuc in Bithynia tributaria erant, in potestatem
 suam redegit, ac rursus in Chersonesum Thraciae traiectus, oppida
 nonnulla et castella expugnavit. ceterum e proceribus optimatibusque
 ac plebe alii Palaeologum, ut successorem et heredem imperii legi-
 titimum, imperatorem esse volebant eumque adiuuabant sustentabantque,
 alii, qui contraria sentirent, dictitabant, quae imperator Michael, il-
 lius abavus, in Iohannem Lascarim fecisset, quum eum oculis cum
 imperio privaret, eorum nunc poenas abnepotem eius aliis luere; et
 qua mensura maiores eius aliis mensi fuissent eripuisentque impe-
 rium, eadem illi nunc metiendum esse. Palaeologus, consilii inopis

ἕτερον πρῶξις, πρὸς τὸν Τούρκων ἀμνηρῶν Ὀρχάνην διέδρα-
 μαν βοήθειαν αἰτῶν, ἵνα τῆς βασιλείας τῆς πατρικῆς ἐγκρα-
 τῆς γένηται, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ εἰς γυναῖκα δῶσαι τῇ
